

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius SS.  
Theol. D. P. P. & Superint. Ad Exequias, Quas ... Puero Jacobo Harberding,  
Parentes Moestissimi Hodie hora prima in templo Jacobaeo paratas cupiunt,  
Omnes omnium ordinum Cives Academicos peramanter & sedulo invitat**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516756>


Druck Freier  Zugang



Mavritius, C.,  
in **J. Harberding.**

Rostock, 1656.

25





8

PROGRAMMA

Quo

RECTOR UNIVERSITATIS  
ROSTOCHIENSIS

CASPARUS MAVRITIUS

SS. Theol. D. P. P. & Superint.

Ad Exequias,

Quis

*Optima indolis & maxime spei*

*puero*

JACOBO HAR-  
BERDING,

PARENTES MOESTISSIMI

*Hodie hora prima in templo Jacobao  
paratas cupiunt,*

Omnes omnium ordinum Cives Academi-

*perseruanter & sedulo invitat.*



— (o) —



ROSTOCKII, Typis Haredum NICOLAI KILII  
Acad. Typogr. Anno 1656.

**I**N morte hominis apparet DEI iustitia & miseria hominis lapsi. Si in integritate concreata homo primus perstitisset, nullum in hominem morti dominium fuisset: ac postquam Diabolo patulas & credulas aures præbuit Adamus, & sibi & posteritati mortem & omnis generis miseras justo DEI iudicio attraxit. Plinius hujus ignarus arcani in naturam invehitur, quam matrem reliquorum viventium genuinam, hominis autem injustam esse noveream dicit. Thraces legimus hujus vitæ miseras deplorasse inusitata quadam ratione. Cum enim vulgo diem, quo in hanc editi lucem sumus, hilarem & festum habere soleamus, illi non natalem sed emortualem celebrabant. Dubium nullum est, quin carcerem respexerint geminum, cui homo ab ortu suo includitur: corporis nimirum & mundi. Quod si dies ille, quo quis carceri durissimo mancipatur, merito luctui & tristitiæ datur; cæterum ille, quo ex terribissima quis captivitate salvus evadit, lætitiæ & hilaritati consecratur, utiq; rectè fecisse dicendi sunt Thraces, quod natalem mærori, emortualem vero diem gaudio sacrum esse voluerunt. Et profecto, ubi exactè rem perpenderit, magis  
He-

Heracliti lacrimæ, quibus miserias vitæ humanæ  
prosequeretur, quam Democriti risus, quæ  
vanitatem seculi excipere solebat, Christianis  
moribus assonabunt. Israel olim Babilonica,  
pressus captivitate ab animo impetrare gaudia nō  
poterat; quomodo, inquit, cantabimus canti-  
cum Domini in terra aliena? Nos omnes in valle la-  
crimarū detinemur extorres ab ipso ortu nostro.  
Quæ res natalem diem cogitantibus dolendi am-  
plissimam materiem præbet. At bene est. **JESUS**  
natus est. *Ecce Dominus venit cum salute, venit*  
*cum unctione, venit cum gloria: neq; enim sine sa-*  
*lute Jesus, neq; sine unctione Christus, neq; sine glo-*  
*ria venit Filius DEI; siquidem ipse salus, ipse unctio,*  
*ipse gloria. Respirate ergo perditii, venit enim Jesus*  
*salvum facere quod perierat; morbidi convalescite,*  
*venit enim Christus, qui contrito corde sanat unctione*  
*miseri cordia sua, exultate, quicumq; estis grandia*  
*concupiscentes, descendit enim ad vos filius DEI ut*  
*regni sui faciat coheredes. Hæc tria sapit mihi, quod*  
*audio nasci Jesum Christum Filium DEI. Hæc S.*  
*Bernhardus. Idem serm. I. in Epiphania. Dom.*  
*explicans illud Apostoli Tit. III. 4. Apparuit be-*  
*nignitas &c: Priusquam appareret humanitas,*  
*latebat benignitas, siquidem prius erat, nam mi-*  
*sericordia Domini ab æterno est. Venit in carne, ut*



apparente humanitate, benignitas cognosceretur, ubi enim DEI humanitas innotescit, jam benignitas latere non potest. In quo enim magis poterat, commendare benignitatem suam, quam suscipiendo carnem meam, meam, inquam, non carnem Adam, hoc est, qualem ille habuit ante culpam, immortalem. Et liberam à miseriis nostris. Quid tantopere declararet ejus misericordiam, quam quod ipsam suscepit miseriam? Quid ita pietate plenum, quam quod DEI verbum propter nos factum est scenum? Domine quid homo, quia sic reputas eum? aut quid apponis erga eum certum? Hinc attendat homo quanta sit cura ejus Deo, hinc sciat quid de eo cogitet aut quid sentiat. Non interrogas, o homo, ea quae pateris, sed quae passus est ille, qui tanti te fecit, ut appareat tibi benignitas ex humanitate ejus. Quanto enim minorem se fecit humanitate, tanto se majorem exhibuit in bonitate, Et quanto pro me vilior, tanto mihi charior. Quid ergo mortem formidamus? Venit JESUS mortis domitor. Quid Diabolitehnas? Venit SEMEN Mulieris benedictum & conterit caput serpentinum. Quid gloriabatur (verba sunt Leonis P. de nat. Christi) diabolus, hominem sua fraude deceptum divinis caruisse muneribus, Et immortalitatis dote nudatum, auram mortis subisse sententiam, Et se in malis suis quoddam de praevaricatoris consortio solatium invenisse, DEUM  
quoque

quoq; iuste severitatis exigentatione erga hominem,  
quem in tanto honore condiderat, antiquam mutasse  
sententiam, opus fuit secreti dispensatione consilii, ut  
incommutabilis Deus (cujus voluntas non potest sua  
benignitate pravari) primam pietatis suae dispositionem  
sacramento occultiore compleret. Et homo diabolice  
iniquitatis versutia actus in culpam contra DEI pro-  
positum non periret. Hæc cum non incogni-  
ta essent optimæ spei adolescentulo JACOBO  
Harberding / cui hodie iusta facimus, mortem in  
fide IESU CHRISTI nostri superavit, eamq; cum vita  
nullo temporum spatio terminanda commuta-  
vit. Natus is est Anno M. DC. XLVII. IIX, Ja-  
nuar. Patre Viro Reverendo & Clarissimo Dn. M.  
IOHANNE HARBERDING, Pastore ad ædem  
S. Spiritus meritißimo, Collega & Compatre  
atq; in Christo Fratre pl. colendo: Matre MAR-  
GARETA TARNOWEN, fœmina pietate &  
Virtute decoratissima. Avum habuit Paternum,  
Virum Integerrimum IUSTUM HARBER-  
DINGUM, Cerevisiarium & Mercatorem Ber-  
gensem apud Lubecenses, dum in vivis erat.  
Aviam Paternam AGNETAM Gysen, Matro-  
nam honestissimam. Avus maternus ei fuit  
Vir Admodum Reverendus & Excellentissimus,  
DN. IOHANNES TARNOVIUS b. m. SS. Theol.  
D. & Professor longè celeberrimus: Avia Ma-

terna DOROTHEA Rütgers/matrona laudatis-  
sima. His majoribus ortum Parentes per Sa-  
cramentum Baptismi CHRISTO Vitæ arbori in-  
feri curarunt, nihilq; omiserunt, quod ad ex-  
colendam ipsius indolem & divinitus concessa,  
ingenii dona exsuscitanda & perpolianda perti-  
nere censuerunt. Jamq; optimam spem fove-  
bant, futurum, ut Parentibus olim gaudio &  
honorisset. Neq; ista spe penitus exciderunt  
dilectissimi Parentes. Quamquam enim huic  
vitæ gaudendi materiem immatura mors sub-  
traxerit, integratamen illa & illibata servatur  
futuræ. Adquam translatus est Jacobus noster  
XXVII. Decemb. labentis anni inter septimam  
& octavam vespertinam, postquam se Redemptori  
suo Jesulo commendasset devotis precibus:  
Herr meinen Geist befehl ich dir / mein Gott mein  
Gott weiche nicht von mir / nim mich in deine Hände /  
O wahrer Gott / aus aller Noht hilff mir am letzten  
Ende. Item. In deine Hände befehl ich meinen  
Geist / du hast mich erlöset du getreuer Gott. Item.  
O Jesu liebes Bruderlein Ich leb oder sterb so bin  
ich dein. Item. HERR Jesu dir lebe / HERR Jesu  
dir sterb ich / HERR Jesu / dein bin ich todt und  
lebendig. &c. &c. &c. Vidit olim Johannes The-  
ologus equum pallidum & virum ei insidentem,  
cujus

cujus nomen erat mors: huic data est potestas truci-  
dandi homines gladio, fame, morte & per terrestres  
feras. Quod mortem vidit Johannes insiden-  
tem eqvo, haud obscure innuit, eam non incede-  
re lento gradu, sed ad effundendum sanguinem  
humanum celerrimo gradu ferri. Nempe tem-  
poribus, qui diluvium antecesserunt, mortis  
gradus erant lenti, quales esse peditum solent:  
nongenti quippe triginta anni Adamo, Jaredo  
nongenti sexaginta duo, Methasalacho nongenti  
sexaginta novem, Noacho ante diluvium sex-  
centi & post trecenti quinquaginta anni indul-  
gebantur. At secutis temporibus mors non  
amplius lento tardo plumbeo & testudineo, sed  
festino, incitato rapido & precipiti gradu homi-  
nes anniculos, bimulos, trimulos, quin bime-  
stres, trimestres opprimit, & haud raro diem vel  
horam natalem emorrualem reddit aut si paulo  
sedatiore nisu fertur, sexagenarios & his nonni-  
hil majores in suum transfert censum. Noster  
p. d. novem annos complevit & menses undecim.  
Si pauculi additi dies fuissent, integrum esset de-  
cennium. Breve vitæ spatium! quod sine dubio  
maximum dilectissimis Parentibus luctum pe-  
perit. Cui me debetur consideratio Providen-  
tiæ divinæ, quæ & capillos nostros numeravit,  
& sum.


& summa æquitate atq; bonitate repetit, quod  
dedit, cœloq; restituit. Rectè Ambrosius de  
excessu fratris sui: *Ingratus, inquit, divinitati  
esse non possum. Latandum enim est magis, quod ta-  
lem fratrem habuerim, quàm dolendum, quod fra-  
trem amiserim. Illud enim munus, hoc debitum est.*  
Cum autem exuviæ corporis hodie communi  
matri honesto sepulturæ ritu sint reddendæ, à  
Vobis, omnium ordinum Cives Academici, Stu-  
diosè & officiosè contendimus, ne gravemini  
frequentes convenire & honorifica funeris de-  
ductione vestram erga superstitēs & inclitos  
TARNOVIOs observantiam & pietatem con-  
testari. Inter eundem illud Siracidæ in  
animo habete: MEMENTO MOR-  
TEM NON TAR-  
DARE,

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus  
XXX. Decemb. ANNO  
M. DC. LVI,

Convencus fiet in Templo Jacobæo  
hora prima.













cujus nomen erat mors: huic d  
dandi homines gladio, fame, m  
feras. Quod mortem vidi  
tem eqvo, haud obscure innu  
re lento gradu, sed ad effunc  
humanum celerrimo gradu f  
poribus, qui diluvium ant  
gradus erant lenti, quales est  
nongenti quippe triginta ann  
nongenti sexaginta duo, Me  
ti sexaginta novem, Noacho  
centi & post trecenti quinq  
gebantur. At secutis tem  
amplius lento tardo plumbeo  
festino, incitato rapido & pra  
nes anniculos, bimulos, tri  
stres, trimestres opprimat, &  
horam natalem emorrualen  
sedatiore nisu fertur, sexagen  
hil majores in suum transfer  
p. d. novem annos complevit  
Si pauculi additi dies fuissent  
cennium. Breve vitae spatium  
maximum dilectissimis Pare  
perit. Cui medebitur consti  
tiae divinae, quae & capillos n

stas truci  
terrestres  
s insiden  
n incede  
ngvinem  
mpe tem  
, mortis  
a solent:  
, Jaredo  
nongen  
vium sex  
ni indul  
mors non  
neo, sed  
du homi  
in bime  
diem vel  
si paulo  
is nonni  
Noster  
ndecim.  
esset de  
ne dubio  
atum pe  
roviden  
meravit,  
& sum.

